

velint. Solet autem ejusmodi pecunia collecta in peculiari quadam arca seu capsā servari, quam vocant Arcam pauperum. Quæ pecunia autem ibidem in usum & alimenta pauperum miserabilium recondita custoditur, DEO velut sacra habetur, ut, qui eam furatur, tanquam Sacrilegus merito puniendus sit. Hinc Imperator vocat Eleemosynas sacras.

Deinde describitur hoc delictum. (1) *Ab effractione & reservatione  
sistius arca* : quando scilicet fur, vel effringit arcam istam, vel eam cla-  
vibus adulterinis aperit ; & aliis artibus seras, quibus ipsa est clausa,  
tollit & removet. (2) *Adolosa & furtiva sacre pecuniae ablacione* ; ita,  
ut illam habeat, & ex ea lucretur. Non tamen semper vis adhibetur, sed  
interdum quoque absque violenta effractione fraudulenter multis mo-  
dis exinde auferri solet. (3) *A Conatu* : id est, licet reipsa nondum  
quicquam abstulerit, sed talem pecuniam saltem furto subducere cona-  
tus fuerit, aut in ipso opere occupatus fuerit ad effringendam arcam,  
vel pecuniam exinde auferendam, isque in actu deprehendatur.

Tandem additur *Pœna*, quæ in hoc Articulo est arbitraria pro gravitate namque delicti, aut etiam Sacrilegæ personæ qualitate & conditione, ita ut vel pœna mortis vel corporis afflictiva dictari possit, sed prout Prudentes, inspectis & consideratis prius facti circumstantiis, id æstimaverint. In foro tamen Saxonico & hic Sacrilegus punitur rota,  
Carpz. part. 2. q. 89. n. 31. f. 329. Pr. Crim.

ARTIC. CLXXIV.

## *Sacrilegium circa res minores commissum.*

## Geringer gewehchter Dinge Diebstahl.

**S**o jemand bey Tag von geringen geweyheten Dingen außerhalb  
der vorgemeldten dapfern Stück, auf einer Kirchen stehle, als  
Wachs, Leuchter, Altartücher, darzu doch der Dieb nicht stiege-  
breche, oder mit gefährlichen Zeugen außsperrt, oder so jemand welt-  
liche Güter, die in eine Kirch gesühet wären, stehle, doch so der Dieb in  
die Kirchen, oder Sacristey nicht bricht, oder die gefährlich außsperrt:  
Um diese Diebstät alle, davon in diesem Articul gemeindt ist die Straff